1667: 30. Agosto

Giuramento di fedeltà prestato à S. M.tà dal Conte Hieronimo Terzaglo.

Per li feudi delle Terre di Morazzone, e Gornate Inferiore Pieve di Castel Seprio

Consignata le scritture al S. Carlo Andrea Beadone a 12 di Marzo 1670. per restituirle al S. Conte Terzago

a

Declaratoria Ma[illegible] Regij ac Ducalis
[illegible]

In Nomine Domini, anno à Nativitate eiusdem
Millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo, indictione
quinta dieque vigesima mensis Augusti
Dominus Comes Hyeronimus Terzaghus feudatarius
Terrarum Morazzoni, et Gornati inferioris Plebis
Castri Seprij, in executione Proclamatis diei 31.
Mensis Maij proxime preteriti, publicati, ex ordine
Expleti Excellentissimi D.D. Aloysij de Guzman Ponze de Leon,
ex Proceribus Regij Cubiculi, Consiliarij in
supremo rerum Status, Capitanei Pretorianę
Hispanicę Militię, necnon Gubernatoris ac
Capitanei generalis presentis Status Mediolani
pro Serenissimo Hyspaniarum Rege Don Carolo 2do
Mediolani Duce Domino Nostro – exhibitis
prius titulis eius Iurium feudalium Domino
Danesio Casato Regio Advocato Fiscali, ad hoc
spetialiter à sua Excellentia delegato, qui eis visis,
et plene consideratis, se remisit
Personaliter dictus D. Comes Hyeronimus Terzaghus
f. q. D. Comitis Jo: Baptę P. J. P. S. Georgij in Palatio

Comparuit coram Ill.mo D. D. Didaco Zapata Equite ordinis Alcantarae, Consiliario Catholici Secretioris, ac supremo Cancellario huius status Mediolani ab eadem Ex.a delegato, tam virtute d.ti Regalis Matis, quam ex speciali commissione, eidem supremo Cancellario data die secunda Junij 1666 prox. elapsi. Cupiens eius fidem ac devotionem erga S. Mtem in dies magis declarare ac patefacere, flexis genibus, positisque manibus super sacrosanctis Dei Evangelijs, in libro missali coram d. D. sup.mo Cancell. existente, primo d.s D. Comes Hyeronimus Terzaghus suo nomine proprio, ac eius filiorum, et descendentium recognovit et recognoscit pred.m Regiam Mtem D. D. Carolum 2.dum, suosque filios, et legitimos successores, in presenti dominio Mediolani prefato Ill.mo supremo Cancellario, Reg. nomine stipulante et recipiente / in veros, et legitimos dominos suos ratione supremi et directi dominij d.torum feudorum Terrarum Morazoni ac Cornate inferioris, tit. Comitatus

Juriumque et pertinentium ad d.tas D. Terzaghus spectantium, et pertinentium.

Et vice versa pref. Ill.mus supremus Cancell. ut supra loco et vice S. Ex.a ac nomine prefati Ser.mi Regis D.ni N.ri, recognovit et recognoscit supradictum D. Comitem Hyeronimum Terzaghum, in bonum et devotum Vassallum Sue M.tis. Et [illegible] denuo illum investivit et investit de pred.tis feudis tit. Comitatus, Juriumque feudalium ut supra iuxta naturam aliorum feudorum, ac eius Privilegiorum iam concessorum, quatenus in eius possess. d.s Terzaghus legitime reperiatur salvis semper et reservatis quibuscumque Juribus, actionibus et rationibus, que ad Regium fiscum quomodolibet spectare possint, necnon Juribus cuiuslibet tertij. Ac proinde d.s D. Co. Terzaghus, ut supra suo nomine proprio, ac eius filiorum et descendentium Juravit et Jurat, ad Sancta Dei Evangelia, quod tam Ipse, quam eius filij, et successores, qui legitime in d.tis feudis succedent, erunt semper et in perpetuum fideles, veri et obedientes

feudatarij et Vassalli predicte Regie Maiestatis,
tanquam Mediolani Duci, eiusque filijs et heredibus
ac successoribus, in presenti Ducatu ac Dominio Mediolani,
dictaque feuda ad eundem D. Comitem spectantia
regent et custodient ad honorem, et commodum
S. M.tis et successorum suorum, ut supra
Nullumque alium, cuiuscumque status, gradus, conditionis,
ac preeminentiæ, recognoscent in dominum, nisi
predictam M.tem et successores suos, ut supra, ~~nisi predicta~~. Et nullo unquam tempore se retrahent,
ex aliqua causa, nova, presenti, vel futura que
dici aut excogitari possit ab obbedientia et
obsequijs debitis S. M.ti et his, ut sup.a prestandis
Consilio, verbis, vel factis nihil unquam facient, quod sit
aut esse possit contra personam aut statum M.tis
et heredum pred.orum nec se immiscebunt, in aliquo
tractatu in quo agatur de inferendo damno vel
iniuria M.ti sue, et his ut supra. Et si ad eorum
notitiam devenerit, quod aliquis contra predicta
aliquid faciat, moliatur, vel attentare presumat,
totis viribus impedient, et prohibebunt, et illum

ne id fiat, sed per se aut certos nuntios, aut literas
quanto citius M.ti sue, et his ut supra, vel eius
Gubernatori propalabunt, et manifestabunt, ac
pro viribus conservabunt et augere studebunt,
statum, honorem, et preeminentias S. M.tis ut supra,
spectantes.
Si aliquod consilium ab eis postulatum fuerit, secundum
prudentiam sibi a D.o M.o datam, et concessam,
fidele, et syncerum prestabunt,
Secreta eisdem commissa vel committenda
nemini sine licentia manifestabunt, sed sincere
realiter et sine ulla exceptione vel excusatione
servient M.ti sue, et his ut supra, nec ab eis
unquam recedent, et per renuntiationem dictorum
eius feudorum, ut supra aut alio quocumque modo;
Et generaliter omnia, et singula facient, et observabunt, ad que tenentur et obligati sunt veri
feudatarij erga legitimos Dominos suos, bona fide
et sine fraude. Et in omnibus, et per omnia,
promittit et jurat prout requiritur, ex
natura cuiuslibet solemnis fidelitatis tam

nonę, quam veteris quibus relati habeatur

Jurat insuper d. D. Comes Terzaghus, quod semper et omni tempore erunt fideles, prefato Ex.mo D. D. Aloysio de Guzman Ponze de Leon, Gubern., et Capitaneo generali ut s.a aliisque M.tis suę in presenti dominio futuris Gubernatoribus, et eius locum tenentibus &

Quare &

Quę omnia &

Renunciando &

Cum pactis executivis &

Promisit itaque et Juravit, ac promittit, et Jurat pref. D. Comes Terzaghus, perpetuo adimplere, et observare, nec unquam contrafacere, omni excusatione et exceptione remotis, et hoc, sub vinculo Juramenti, et sub pena amissionis dictorum feudorum terrarum Morazzoni ac Cornati Inferioris, sub reffectione omnium damnorum, interesse, et expensarum, per M.tem suam et suos ut supra, perinde quomodolibet patiendorum, et faciendorum tam in Judicio, quam extra, obligando, prout obligavit, et obligat, omnia et singula eius bona, mobilia et immobilia presentia vel futura

S. Reg. C. M.ti, hisque predictis, necnon prefato Ex.mo D. D. Aloysio de Guzman Gubern. ut supra, mihique Regio Sec.rio infrascripto stipulantibus, et recipientibus nomine M.tis suę, et successorum suorum, ut supra. Et de predictis M.mus supremus Cancell. Mandavit, Ill.mus vero D. Hyeronimus Terzaghus, rogavit et rogat per me Regium Ducalem Secretarium infrascriptum publicum confici documentum

Actum in presenti Civitate Mediolani in Sala Inferiori Domus habitationis prefati M.mi D. D. Adriani Zapata sup.mi Cancellarii appellata il Pallazzo d. [illegible] Marino, sita in P. N. P. S. Stephani ad Nuxigiam, Presentibus D. Onofrio de Velasco Sec.rio S. M.tis in Canc.ria Secreta f. q. D. Ponteti P. O. P. S. Babilę intus, Jo: Baptista Pedroco f. q. m Augustini P. N. P. S. Victoris ac Quadraginta martyrum Med.ni ac Carlo Valerio f. q. Octavii P. R. P. S. Nazarii in Brolio, testibus notis, et idoneis &

Ego Cavalier Francesco Terzanus S. q. Carpophori ac Ecc.mi Supremi Cancel. Regis Ducalis Secretarius Regiis Ducalis Mediolani Secretarius de predictis Rogatus manu propria subscripsi